



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 148. Cardinalis Polus de Lutheri hæresi accusatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](#)

Sæcul. XVI. runt: Salviatus quoque cum suis ami-
A.C. 1549. cis conferens eos, ut suffragiorum col-
 lectionem differrent, rogabat, spe fretus,
 quod longioris moræ beneficio plures
 a Reginaldi Poli studio avertere posset:
 verum denegata induciarum venia rur-
 fus apud suos amicos instabat, ut sal-
 tem huic Cardinali non faverent. Ast
 cuncta hæc molimina haud præpedi-
 re poterant, quominus tam in scrutinio,
 quam in *accessu*, ut vocant, viginti sex
 suffragia in Polum concurrerent: cum
 vero ex quadraginta novem Cardinali-
 bus in conclavi congregatis solus tri-
 ginta tria ferre debuisset, hinc ea die res
 absoluta non fuit.

§. CXLVIII.

*Cardinalis Polus de Lutheri hæresi
 accusatus.*

Sleid. comm. **C**um Cæsarei Cardinales e re
lib. 21. p. 774. sua plurimum fore censerent, si an-
Thuan. lib. 6. te Gallorum Cardinalium adventum
n. 4. prima suffragiorum inspectio fieret, hinc
 altera die in Sacello congregati suffra-
 gia colligi instanter petebant, quibus id
 etiam datum est. Ergo re divina prius
 peracta calici, qui in Altari collocatus
 erat, suas quisque schedas imponunt,
 iisque apertis Polus nonnisi octodecim
 sibi suffragantes habuisse reperitur, cum
 vero

vero electionis normam, quæ per acceſ- Sæcul. XVI.
A.C. 1549.
ſum fit, repeterent, idem Cardinalis vi-
ginti ſex suffragia ſolus tulit. Exin-
de adverſæ partis Cardinales haud
obſcure colligeabant, quod exigua Polo
Pontificatus ſpes ſuperereſſet. Porro pe-
nitus illum ab hac dignitate excludiſſe
videtur Cardinalis Caraffa, qui Polum
falſo accusabat, quod minus recte de
religione ſentiret, atque in Legatione
Viterbiensi non ea, qua par fuifſet, ſeve-
ritate in ſuſpectos de hæreſi animad-
vertiſſet; has ob cauſas Caraffa ejus
electioni repugnabat. Hæc relatio
quantumvis veritati minime conſona,
adeo ſinistra tamen de Polo opinio-
nem Cardinalium animiſ ſimpreſſit, ut
ab illo momento haud ultra de ipſo men-
tio fieret, quamvis illi, quibus tam ſu-
bita animorum mutatio ferme haud cre-
denda videbatur, jamjam cubiculi, in
quo Polus alias morabatur, ornamenti
deponerent, veriti, ne a populo di-
perentur, quæ reſ Poli electionem adeo
certam reddebat, ut jamjam Romani
Proceres, ac Populus ad Vaticanam D.
Petri Basilicam confluuerent, novi Pon-
tificis nomen percepturi, imo amiciſ
ſuis jamjam nuntiari fecerant, Polum
absque omni controverſia in Papam eſſe
eligiendum; unde non ſine ingenti ad-
miratione eum ab hac dignitate fuiffe
exclu-

Sæcul. XVI exclusum percepérunt : Solus Car-
A.C. 1549. dinalis Polus nihil inde turbatus e-
 rat, cum ab omni ambitione omnino a-
 lienus, atque honorum minime cupi-
 dus esset.

§. CXLIX.

*Cardinalis Salviati electio proposita,
 sed rejecta.*

Per Poli exclusionem Cardinali Sal-
 viato ad summum Pontificatum adi-
 tus pandi videbatur, eo quod Cardina-
 les natione Galli eum simul, & Rudol-
 phum, qui ambo patria Florentini erant,
 proposuissent. Verum mutuo hoc no-
 minationis concursu alter alterius elec-
 tionem remorabatur ; quamvis enim
 Rudolphus Galliarum Reginæ, Cathari-
 næ Medicææ patrocinio suffultus esset,
 Salviatus tamen auctoritate, ac propria
 rerum agendarum peritia, meritisque
 potior erat, imo nec eidem deerat Gal-
 lorum favor: ipsus insuper Ferdinandum
 Gonzagam, ejusque fratrem Cardina-
 lem, necnon Mendozam, qui totum
 negotium Cæsaris nomine procurabat,
 adeo sibi devinxerat, ut hi tres junctis
 viribus Cæfareos Cardinales ad Salvia-
 ti electionem inclinare niterentur. Ho-
 rum autem studia excitabat pollicita-
 tio